UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

**Leonardelli, Bonaventura**

**Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739**

Index Rerum, Et Verborum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41144**

Visual Library

# INDEX
## RERUM, ET VERBORUM.

### A.

*Abbatiſſa.*

AN Abbatiſſa, vel Prioriſſa poſſit aliquid ſuis Monialibus præcipere in virtute S. Obedientiæ? n. marg. 516. 517. An vota ſuarum Monialium irritare? n. 518.
An in iis diſpenſare? n. 519. An tempore Jubilæi poſſit Abbatiſſa Confeſſarium pro ſe, vel aliis monialibus eligere ſpecialiter ab Epiſcopo non approbatum? 521

*Abſolutio.*

An abſolvendus ſit, vel abſolvi poſſit moribundus, qui neque in ſpecie, neque in genere peccata ſua confiteri poteſt, nec ullum dat ſignum Confeſſionis? n. 226. 227. 228. 229.
An, & quando, & à quo Confeſſario abſolvi poſſint peregrini, & advenæ habentes Caſum reſervatum, & transeuntes ad aliam Diœceſim? n. 208. 209. An peccet abſolvens à Caſu reſervato cum jurisdictione dubia, vel ex ratione probabili? n. 211. 212. An Superior poſſit ſubdelegare ſuam poteſtatem ad ſe ipſum à Caſu reservato absolvendum? n. 215.
An abſolutus à reſervatis cenſeatur abſolutus etiam ab eo reservato, quod ob inculpabilem oblivionem omiſit in ipſa Confeſſione? n. 236. 237. 238. An Superior poſſit ſola pœnitentis peccata reservata audire, & Sacramentaliter ab illis abſolvere, & pro abſolutione non reſer-

reſervatorum eum remittere ad inferiorem Confeſſarium? n. 239. An conceſſa per Superiorem, vel ejus delegatum abſolutione à Caſibus reservatis in Confeſſione ſibi expoſitis tollatur reſervatio, tametſi abſolutio ex aliquo defectu fuerit nulla? n. 240. Quomodo ſe gerere debeat non habens poteſtatem in reſervata ad abſolvendum, ſi in Caſu urgente advertat inter non reservata exponi etiam reservata? n. 241. 242. 243.

An denuo ſit abſolvendus, qui poſt peractam Confeſſionem, & acceptam abſolutionem Statim ſubjungit peccatum grave, cujus priùs fuerat oblitus? n. 329. De S. Viatico, & abſolutione data moribundo Acatholico à Sacerdote Catholico diſſimulante Religionem Catholicam n. 229. 230. 235. An error perſonæ vitiaverit Confeſſionem Lutherani putantis Catholicum, qui ſe abſolvit, eſſe Lutheranum? n. 233. 234 An, & quando absolutiones à Parocho excommunicato impertitæ ſuis pœnitentibus validæ ſint? n. 327. An absolvi poſſit ab Excommunicatione Bullæ Cœnæ, qui prætextu publicati Jubilæi, & ſpe obtinendæ abſolutionis arma ad Turcas defert? 361 An danda ſit Scheda Confeſſionis ei, cui ob indiſpoſitionem negata fuit abſolutio? n. 245 An omnis Sacerdos, etiam ſimplex, abſolvere poſſit ab Excommunicatione minore? n. 369

*Acceptio perſonarum.*

Quibus in caſibus locum habeat acceptio perſonarum? n. 85

*Adulterium. Adulter.*

An adulter occultus petere poſſit debitum conjugale à conjuge adulterium ignorante? n. 446. 447. An ſi maritus poſt factum per ſententiam Judicis divortium ob adulterium uxoris, & ipse poſtea adulterium committat, teneatur reconciliari uxori volenti, & petenti? n. 474. & 475

An conjux innocens, factô per ſententiam Judicis divortiô, & manente utriusque Statu immutato, cogere poſſit adulterum invitum, ut ſibi reconcilietur? 477 & an ob adulterium tam occultum, quàm notorium liceat conjugi innocenti propria authoritate divortium facere, nulla expectata Judicis ſententia? n. 480

*Advocatus.*

An Advocatus ſuſcipere poſſit cauſam defendendam minùs probabilem? 152. 153. Et an, & quando, amiſſâ causâ, ſalarium

rium reſtituere, & damna partibus reſarcire teneatur? n. 154. Et an, & de quonam ſalario paciſci licitè poſſit ſolvendo à ſuo Cliente? n. 155

*Aſſiſtentia matrim.*

Qualis licentia requiratur, & ſufficiat, ut matrimoniis aſſiſtere poſſit alienus Sacerdos? n. 453 An tacita de præſenti, aut etiam ratihabitio de futuro? n. 455. Aut data extraneo ab Ordinario de præſcitu proprii Parochi? n. 456. An valida ſit licentia aſſiſtendi matrimonio dolô, & mendaciis obtenta, aut metu extorta? 458. 459. An ad aſſiſtendum matrimonio ſufficiant qualescunque teſtes? n. 461. Etiam inviti, & vi aut dolo detenti? n. 462. An validum ſit matrimonium, cui Parochus aſſiſtit contra prohibitionem Epiſcopi? n. 407

## B.

*Baptiſmus.*

An validus ſit Baptismus infantis in utero aquâ abluti, vel in digito pedis prominente? n. 319 320. & an valeat collatus ſub hac forma: ego te baptizo in nomine SS. Trinitatis, nullâ perſonâ expreſsâ? n. 321. An infantes expoſiti, & reperti cum appoſita ſcheda teſtante de Baptiſmo, ſint rebaptizandi ſub conditione? n. 323. 324

*Beneficium Eccleſiaſt. Beneficiatus.*

An habens Beneficium inſufficiens, & acquirens ſufficiens teneatur dimittere inſufficiens? n. 276. Et an habens ſufficiens obtinere poſſit etiam inſufficiens n. 277 An Beneficiatus, qui Beneficium quidem actu poſſidet, ſed ob litem intentatam nullos interim fructus percipit, teneatur vi illius Breviarium recitare, & ſi non recitet, fructus poſtea, lite terminata, percipiendos reſtituere? n. 265 266. An habens Beneficium tenue teneatur Breviarium recitare, & ſi non recitet, poſſit fructus aliàs pauperibus reſtituendos ſibi tanquam pauperi applicare? n. 267. 268. An impediens digniorem à conſecutione Beneficii Eccleſiaſtici teneatur ad reſtitutionem? n. 99. 100. De Clerico inſerviente Epiſcopo ſpe, & intentione obtinendi Beneficii. n. 272 An excuſandus ſit Beneficiatus ab onere reſtituendi ob omiſſum culpabiliter Breviarium, qui largam in pauperes diſtribuit Eleemoſynam, nil tamen cogitans de ſua obligatione, & onere reſtituendi? n. 294

An, & qualis detur obligatio eligendi, præſentandi, & præferen-

ferendi digniores ad Beneficia Eccleſiaſtica? Vide *Electio, collatio, præſentatio.*

An Beneficium à teſtatore fundatum, & relictum pro ſuis conſanguineis conferri poſſit illegitimis, & ſpuriis? n. 314. An & in quibus Beneficiis quoad pluralitatem diſpenſare poſſit Epiſcopus? n. 278

*Breviarium.* Vide *Horæ Canonicæ.*

C.

*Candidatus.*

An, & quando pro receptione Candidati in Religionem poſſit aliquid exigi, & accipi absque Simonia? n. 402. 404

*Canonicus.*

An Canonicus, qui ſubmiſſa voce in Choro recitat ſuos verſiculos aliis ſuam partem canentibus, percipere tamen poſſit diſtributiones? n. 295. Quid ſentiendum de illo Canonico, qui aliis pſallentibus profana legit, aut confabulatur cum ſuo Socio? n. 296. An peccet mortaliter Canonicus, qui dum reſidet in loco ſui Beneficii, frequenter abeſt à Choro? n. 297. An Canonicus, qui ob corporis gravem infirmitatem Choro aſſiſtere nequit, lucrari tamen poſſit diſtributiones, non ſolùm proprias, ſed etiam diſtributiones aliorum abſentium? n. 298 299

*Carnes.*

An poſt ſeptennium liceat pueris die jejunii carnes miniſtrare? n. 263

An, & quomodo peccet comedens carnes diebus vetitis in terris hæreticorum? n. 252

*Caſus reſervati.* Vide *Confeſſio, Confeſſarius, Abſolutio.*

*Caupo.*

An graviter peccet Caupo invitans die jejunii hoſpites ad Cœnam? n. 567

An, & quomodo delinquant Caupones, & tabernarii miniſtrantes die jejunii cibos hoſpitibus, quando credunt, eos à jejunio non excuſari, vel vinum vendentes ſe inebriaturis? n. 569 570. 571

*Cauſa excuſans à Miſſæ auditione.* Vid. *Miſſa.*

*Cenſus.* Vid. *Uſura.*

*Collatio Beneficii.* Vid. *Electio, Præſentatio.*

*Commemoratio defunct.* Vid. *Defuncti.*

Com-

*Communicatio cum excommunicato.* Vid. *Excommunicatio.*

*Communio.*

An tempore Paſchali prævidens impedimentum futurum prævenire teneatur, & ante tempus Paſchale communicare, & an, ſi prævenit, ſublatô poſtea impedimentô, & oblata occaſione communicandi adhuc tempore Paſchali, teneatur rurſus communicare? n. 248. 249. 250 Et an per communionem ſacrilegam ſatisfiat eidem præcepto? n. 251. An pueri ſeptennium egreſſi teneantur præcepto communionis Paſchalis, & an iisdem completo ſeptennio dandum ſit S. Viaticum in articulo mortis? n. 258. 259. 260. An qui certò ſcit, ſe comediſſe, vel bibiſſe, ſed dubitat, an id ante, vel poſt 12. noctis horam acciderit, poſſit ſequenti die licitè communicare vel celebrare? n. 253. 255 & an id licitè poſſit, qui ſcit, ſe poſt medium noctis fuiſſe jejunum, ſed dubitat, an poſtea aliquid de cibo, vel potu in Stomachum deſcenderit? n. 256. Uti & ille, qui ad primum horæ duodecimæ pulſum non Statim ceſſat à comeſtione? n. 257. An, & quando mutus & ſurdus ſimul à notivitate admitti poſſit ad S. Communionem? n. 208

*Comœdia.* Vid. *Turpia.*

*Compenſatio occulta.*

De conditionibus ad occultam compenſationem requiſitis. n. 341. & an res per occultam compenſationem accepta tranſeat Statim in dominium compenſantis? n. 344

An quando ſub juramento Judex interrogat, an aliquid de rebus ablatis occultaveris, vel retineas, poſſis negare, ſi aliqua occultâſti ad faciendam occultam compenſationem? n. 343 An ligêris Excommunicatione lata ab Epiſcopo in eos, qui occaſione orti incendii ablata, & occultata non reſtituunt, ſi non reſtituis ea, quæ per factam occultam Compenſationem occultâſti, & adhuc retines? n. 342

*Conductor.*

Cui res locata pereat, an conductori, anve locatori? n. 54

An & quando penſio rei conductæ, ſeu locatæ minuenda ſit, vel augenda ob anni ſterilitatem, aut fertilitatem? n. 50 51. 52 Ex qua culpa conductor locatori, & hic illi teneatur? n. 54

*Confeſſio, Confeſſarius.*

Quomodo ſe gerere debeat Confeſſa-

feſſarius non habens poteſtatem in reſervata, ſi in Confeſſione advertat inter non reſervata exponi etiam reſervata? n. 225. 226

An, & quando teneatur Confeſſarius auferre pœnitenti ignorantiam circa peccata, quæ commiſit? n. 191. 192. Et, an, & quando teneatur Confeſſarius ſupplere defectus circa valorem Sacramenti à ſe in Confeſſione commiſſos? n. 194 195 An qui in juventute nunquam confeſſus eſt prava deſideria, & pollutiones, quia non putavit eſſe peccata, teneatur poſtea, cùm id reſcit, reiterare Confeſſiones, vel ſi dubitet, an ex verecundia peccatum mortale in Confeſſione omiſerit? n. 196. 197 An reticeri poſſit peccatum, aut debeat, quod ſine complicis manifeſtatione non poteſt in Confeſſione aperiri? n. 198. 199 200. An repetendæ ſint Confeſſiones hactenus factæ ſine expreſſione gravium peccatorum? n. 201. An in Confeſſione exponendus ſit numerus copularum cum conſanguinea uno concubitu habitarum, & gradus inceſtû? n. 202. 203 An Confeſſio ob vanam gloriam, ſeu ex malo fine facta ita vitietur, ut Sacramentum irritum, aut infructuoſum reddatur? n. 204. An, & quando mutus ſimul, & ſurdus à nativitate admitti poſſit, aut debeat ad Confeſſionem? n. 205. 206. A quo Confeſſario abſolvi poſſint peregrini, & advenæ habentes caſum reſervatum, & tranſeuntes ad aliam Diœceſim? n. 208. 209. An poteſtas alicui delegata ad audiendas Confeſſiones, mortuo delegante, exſpiret? n. 216. Qualis, & quanta pœnitentia à Confeſſario imponenda ſit pœnitenti, & an, & quando poſſit hic eam recuſare? n. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223

An error perſonæ in Confeſſario Catholico vitiet Confeſſionem Lutherani putantis eum eſſe Lutheranum? n. 233. 234. An Confeſſio præſenti Confeſſario fieri poſſit ſcripto, anue vocis Sermone facienda ſit ſecluſo caſu neceſſitatis? n. 247. An Scheda Confeſſionis danda ſit ei, cui ob indiſpoſitionem negata fuit abſolutio? n. 245. An ſub ſigillo Confeſſionis teneatur, qui alterius Confeſſionem ſcriptam reperit, & legit? n. 246. Quid Confeſſarius conſulere poſſit, aut debeat innocenti ſibimet falſum crimen imponentis ad evitanda gravia tormenta? n. 8. 9. Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum ſagis? n. 150.

An qui Confeſſus peccatum ut dubium, ſi poſtea deprehendat, cer-

certum fuiſſe, teneatur rursus ut certum confiteri? n. 330 302

*Conſanguinei*; Vid. *Legatum.*

*Contractus.*

An, & quales contractus jure poſitivo nulli juramentô firmentur? n. 40. 41

An licitus ſit contractus, quô fructus prædii divenditi percipis correſpondentes alteri parti pretii, cujus interim expectas ſolutionem? n. 47. 48 49

An validi ſint contractus ab Excommunicato tempore Excommunicationis initi? n. 364. 365

Contractus ſpeciem uſuræ habentes. Vide *Uſura.*

*Conſecratio Eccleſiæ.*

An Conſecratio, & Dedicatio Eccleſiæ juxta Rubricas ſint idem, & an tempore Conſecrationis Officium Divinum de eadem dici poſſit, & de eodem Miſſa legi in Sacello privato? n. 551 552. 553

*Creditor.*

An quando absque deſignatione certæ ſpeciei, & numeri in pactum deducta eſt certa pecuniæ quantitas, & poſtea monetæ valor extrinſecè immutatur, diminutionis detrimentum, & commodum augmenti ferre debeat Creditor, an verò debitor? n. 188. An quando certa ſpecies, aut numerus monetæ promiſſus eſt, aut in pactum deductus, poſſit adhuc creditori ſatisfieri per aliam ejusdem valoris monetam? n. 190

*Copula.*

An, & quando delectatio de copula ſub conditione habita peccatum ſit mortale? n. 485 586. An licita ſit viduis delectatio de copula tempore matrimonii habita? n. 490. 491 Et ſponſis de futuro delectatio captata ex futuræ copulæ conjugalis cogitatione? n. 492 An in Confeſſione exponendus ſit numerus copularum cum conſanguinea uno concubitu habitarum, & gradus inceſtûs? n. 202. 203

*Crimen.*

An graviter peccet imponens ſibi falſum crimen in judicio ad vitanda gravia tormenta, ob quod morti adjudicandus eſt? n. 10

*Culpa.* Vid. *Depoſitarius. Detractio.*

D.

*Debitor, debitum.*

An debitum indefinitè contractum

ctum præſcribi poſſit ? n. 45. 46. An debitor impotens ad ſolvendum, & conſcius ſuæ impotentiæ poſſit in præjudicium Creditorum domum, quam adhuc habet, licitè, & validè alienare ad filiam dotandam, & filia dotem acceptare, ac retinere ? n. 61. 65. & 125

An, & quando debitor ob damnum in propriis bonis emergens, aut lucrum ceſſans excuſetur à reſtitutione ſtatim facienda, & quando ab ea ex ſufficiente cauſa excuſatur, debeat poſtea ultra debitum ipſum reſtituere detrimentum lucri ceſſantis, vel damni emergentis, quod Creditor ex dilatione paſſus eſt ? n. 110. 111

An ſi debitor moroſus ſit in mora culpabili ſolvendi, & ideò creditor cogatur accipere ſpecuniam ab alio, & ſolvere intereſſe, debeat id totum ſolvi ab ejus debitore, ſi priùs non fuit de eo admonitus à ſuo creditore ? n. 112. 113

Quale ſit peccatum petenti negare debitum conjugale ? 452 Et an liceat non reddere, ne liberi multiplicentur ? n. 450 451 Et an poſſit peti, ſi adulterium ſit occultum ? n. 446 An uxor ſciens maritum voto caſtitatis obſtrictum eſſe, poſſit, vel teneatur debitum reddere petenti ? n. 448 Unde dignoſcendum, ſitne culpa, nec ne debitum reddere, ubi petens exigendo delinquit ? n. 449

*Dedicatio.* Vid. *Conſecratio.*

*Defloratio.* Vid. *Sponſalia.*

*Defuncti, mortui.*

An die animarum, ſeu Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum Sacerdotes Miſſas applicare debeant generaliter pro omnibus Defunctis, anne alicui, vel aliquibus in particulari applicare poſſint ? n. 548. An qui mortuis graviter detrahit, peccet contra Juſtitiam, & ad reſtitutionem teneatur ? n. 71. 72. Et quibus ac quomodo facienda ſit famæ reſtitutio ? n. 73. 74 An, & quibus reſtituendæ ſint veſtes, & alia defunctis humatis furtô ſublata ? n. 75. 76 An liceat Catholico comitari funus defuncti hæretici cognati ſui ? n. 77

*Delectatio moroſa.* Vid. Caſ. 83. & 84.

*Delegatio.* Vid. *poteſtas.*

*Depoſitum, Depoſitarius.*

Ex qua culpa teneatur depoſitarius deponenti, ſi res depoſita apud ipſum pereat, vel deterior fiat, vel furto ſurripiatur,

tur, vel non omnia depoſita in ciſta inveniantur? n. 101 102. 103. 104 An, & quando liceat depoſitario depoſitô uti, aut cum eo negotiari? n. 595. 596. 597

*Detractio famæ. Detractor.*

Quid ſit detractio, quid fama, quot modis hæc lædatur? n. 71. An qui mortuis, etiam damnatis, graviter detrahit, peccet contra Juſtitiam, & ad reſtitutionem teneatur? n. 71. 72. Et quibus, ac quomodo facienda ſit famæ reſtitutio? n. 73. 74

An qui ſolùm per culpam venialem alteri detraxit, teneatur in conſcientia reparare grave damnum inde ſecutum? n. 86. 87. 88. An detractor famam alienam graviter læſam reparare debeat non ſolùm apud eos, apud quos illam immediatè detraxit, ſed etiam apud alios auditores mediatos? n. 91. An obligatio reſtituendi pro fama læſa tranſeat ad hæredes defuncti detractoris, quando hic ante mortem non reſtituit? n. 92. Et an is, qui alteri adhuc viventi famam non reſtituit, teneatur aliquid reſtituere ejus hæredibus poſt ejus mortem? n. 92

*Digni, digniores.* Vid. *Electio, præſentatio. Officia publica.*

*Dimiſſoriæ litt.* Vid. *Litteræ.*

*Diſſimulatio fidei.* Vid. *ſimulatio.*

*Diſpenſatio.*

An ſubſiſtat diſpenſatio, quando in Reſcripto per errorem poſitus eſt tertius conſanguinitatis gradus loco tertii affinitatis? n. 463. 464. An, & quando error, qui committitur in nomine mutato, loco, vel Diœceſi, &c. vitiet diſpenſationem, ſeu Reſcriptum? n. 466. 467. An Epiſcopus, vel alius Superior poſſit ſecum ipſo diſpenſare in voto, jejunio, & iis, in quibus ipſe poteſt cum ſuis ſubditis? n. 213. 214. An, & in quibus Beneficiis diſpenſare poſſit Epiſcopus quoad eorundem pluralitatem? n. 278.

An absque diſpenſatione poſſit illegitimus occultus ſuſcipere Sacros Ordines? n. 312

An opus ſit diſpenſatione, ut Catholicus licitè contrahere valeat cum hæretico? n. 442

*Divitiæ inſperatæ.* Vid. *Sponſalia.*

*Divortium.*

An, & quando factô ob adulterium divortiô dos uxori reſtituenda ſit? n. 482. An, & quando maritus teneatur alere uxorem

uxorem factô divortiô? n. 471 An, & quando factô divortiô alenda ſit uxor etiam tunc, quando & mariti culpâ, & ſua propriâ ab eo receſſit? n. 472. An, & quando mala tractatio uxoris juſta cauſa ſit divertendi à marito? n. 470 An uxor Catholica ob hæreſim mariti ab eo divertere poſſit? n. 444 An, ſi maritus poſt factum per ſententiam Judicis divortium ob adulterium uxoris, & ipſe adulterium poſtea committat, teneatur reconciliari uxori volenti, & petenti? n. 474. 475. An conjux innocens factô per ſententiam Judicis divortiô, & manente utriusque Statu immutato cogere poſſit adulterum invitum, ut ſibi reconcilietur? n. 477. 478. An ob adulterium tam occultum, quàm notorium liceat conjugi innocenti propria authoritate divortium facere nulla expectatâ Judicis ſententiâ? n. 480. A quo conjuge educandi, & alendi ſint filii factô divortiô? n. 483

*Dolus.*

An, & quando accepta per dolum ſint reſtituenda? n. 30 31. An, & qualis dolus infirmet contractum? n. 34. 35 36

*Donatio.*

An, & quales donationes filio à patre factæ in portionem hæreditatis conferendæ ſint? n. 399

*Dos.*

An pater filiæ nubenti teneatur dotem conſtituere, etiamſi aliunde dives ſit, & an, etiam, ſe invitô, nubenti? n. 468. 469 An parens impotens ad ſolvenda ſua debita, rem, quam adhuc habet, alienare poſſit ad dotandam ſuam filiam, & an filia dotem acceptare, ac retinere poſſit? n. 61. 62. 65 De dote ſubdolê obtenta, & pactis dotalitiis. n. 178. 80. 81 An, & quando dos factô ob adulterium divortiô uxori reſtituenda ſit? n. 482.

E.

*Eleemoſyna.*

An, & quando accipiens Eleemoſynam ſimulata paupertate teneatur ad reſtitutionem? n. 29. 30. 31 An qui pauperi extremè indigenti denegavit Eleemoſynam, teneatur tranſacta neceſſitate aliquid poſtea reſtituere? n. 37. 38.

An excuſandus ſit Beneficiatus ab onere reſtituendi ob omiſſum culpabiliter Breviarium, qui lar-

largam in pauperes diſtribuit Eleemoſynam; nil tamen cogitans de ſua obligatione, & onere reſtituendi? n. 294

*Electio. Electus.*

An, & qualis extra concurſum detur obligatio præferendi in electionibus digniores ad Beneficia Eccleſiaſtica? n. 279 280. 282. An valida ſit electio, vel collatio Beneficii Clerico curato digno facta, prætermiſſo digniore? n. 284. An eligens dignum ad Beneficium omiſſo digniore, teneatur ad reſtitutionem Eccleſiæ, vel digniori faciendam? n. 285 286. An patronus laicus teneatur digniorem præſentare ad Beneficium Eccleſiaſticum? n. 286

An Epiſcopus electus, & confirmatus, ſed nondum conſecratus conferre poſſit Beneficia Eccleſiaſtica, & approbare Sacerdotes in miniſtros Confeſſionis? 388. De impediente digniorem à conſecutione Beneficii Eccleſiaſtici, n. 99. 100 An monialis tempore Jubilæi poſſit Confeſſarium ſibi eligere ſpecialiter non approbatum ab Epiſcopo? 521

*Emptor.*

An emptor ſciens venditorem impotentem eſſe ad ſolvenda ſua debita peccet contra juſtitiam emendo ejus domum &c. n. 62. 63. 122. 123 An, & quando emptor ob rem furtivam à ſe emptam ad reſtitutionem teneatur? n. 60 De reſtitutione facienda ab emptore bonæ fidei. n. 60

*Epiſcopus. Epiſcopatus.*

An Epiſcopus, vel alius Superior, poſſit ſecum ipſo diſpenſare in voto, jejunio, & iis, in quibus poteſt cum ſuis ſubditis? n. 213. 214. Et an delegare, vel ſubdelegare poſſit ſuam poteſtatem ad ſe ipſum à caſu reſervato abſolvendum? n. 215. An & in quibus Beneficiis diſpenſare poſſit Epiſcopus quoad eorum pluralitatem? n. 278

An Epiſcopus electus & confirmatus, ſed nondum conſecratus conferre poſſit Beneficia Eccleſiaſtica, & approbare Confeſſarios? n. 288

An ad hoc, ut Catholicus cum hæretico licitè contrahere poſſit, opus ſit ſpeciali conſenſu Epiſcopi, vel diſpenſatione Pontificia? n. 442

An, & quomodo illicitum ſit Epiſcopatum deſiderare? n. 287

*Error.*

An, & quando error, qui committi-

mittitur in nomine mutato, loco, Diœceſi &c. vitiet Reſcriptum, ſeu diſpenſationem? n. 467. 467. An ſubſiſtat diſpenſatio, quando in Reſcripto per errorem poſitus eſt tertius conſanguinitatis gradus loco tertii affinitatis? n. 464. 465 An error perſonæ in Confeſſario Catholico vitiaverit Confeſſionem Lutherani putantis eum eſſe Lutheranum? n. 233. 234

*Excommunicatio. Excommunicatus.*

An ligetur censurâ, & re ipſa ſit excommunicatus innocens, qui ſecundùm allegata, & probata in judicio cenſetur nocens, & ideò excommunicatur? n. 334. 335. 336

An dubius de Excommunicatione debeas te reputare cenſurâ ligatum? n. 337

An, & quando percutiens Clericum turpiter agentem cum uxore, matre, Sorore, ſponſa, excommunicationem incurrat? n. 338

Quid requiratur ad incurrendam Excommunicationem ob Clerici percuſſionem? & an, & quando ignorans vincibiliter eſſe Clericum, quem percutit, excommunicationem incurrat? n. 340. An quando dubitatur, an percuſſio in perſonam Clerici facta gravis ſit, vel levis, judicanda ſit potiùs gravis, quàm levis? n. 339

An mandans occidi, vel percuti Clericum incurrat Excommunicationem? n. 345. 346 Aut qui ratam habet Clerici percuſſionem, vel occiſionem ſuo nomine factam. n. 347

An, ſi poſt mortem mandantis, quam mandatarius ignorat, percutiat Clericum, vel occidat, ipſe defunctus Excommunicationem incurrat, etſi, dum viveret, mandatum revocaverit? n. 348 An qui Clericum pugno, vel baculo uno, alterove ictu leviter percutit, incidat in Excommunicationem? n. 349. 350. An excommunicatus confitens, & ex oblivione non manifeſtans Excommunicationis cenſuram, validè recipiat Sacramentum Pœnitentiæ, ejúsque fructum? n. 351 352 Et an ſi illud recipiat excommunicatus Excommunicatione minore? n. 368

An excommunicatus recedens à culpa ſua, & contumacia, & per contritionem, vel Confeſſionem juſtificatus particeps fiat omnium ſuffragiorum Eccleſiæ. ſi per ipſum non ſtet, quominùs per Judicis ſententiam abſolvatur? n. 353

Utrum Excommunicatus, qui negligens eſt in procuranda abſolutione à cenſura, peccet contra præceptum de audienda Miſſa, annua Confeſſione, &

Com-

munione Paſchali, quibus aliàs poſſet ſatisfacere? n. 354. 355 De vitanda communicatione cum Excommunicato tam privatim, quàm publicè? n. 362 363 Et an, & quando peccatum lethale ſit communicare cum Excommunicato extra tempora jure permiſſa? n. 366 An vendens ſolùm arma infidelibus in locis Chriſtiano Principi ſubjectis incidat in Excommunicationem Bullæ Cœnæ, etſi ea ipſemet non deferat ad terras infidelium? n. 356. 357. An nomine prohibitorum in Bullæ Cœnæ comprehendantur etiam veſtimenta, victualia, aliæque merces? n. 359. 360. An ab Excommunicatione Bullæ Cœnæ abſolvi poſſit, qui prætextu publicati Jubilæi, & ſpe obtinendæ abſolutionis arma ad Turcas defert? n. 361. An Religioſus larvatus per Urbem incedendo Excommunicationem incurrat? n. 372. An, qui fecit occultam compenſationem, incidat in excommunicationem latam in non reſtituentes ablata? n. 342

*Expenſæ à filio factæ.*

An expenſæ à filio ex conſenſu patris factæ in gradus academicos, Studia, luſtrationem peregrinarum Regionum poſt mortem patris conferendæ ſint in legitimam, ſeu hæreditatis portionem cum aliis fratribus? n. 396. 397. An ſumptus, quos pater ad comparandum filio aliquod Officium expendit, conferendi, ac computandi ſint in portionem hæreditatis? n. 398

*Expoſiti.* Vid. *Filii.*

## F.

*Fama læſa.* Vid. *Detractio.*

*Fera.* Vid. *Venatio.* Fertilitas. Vid. *Penſio.*

*Filii Spurii, naturales, illegitimi, expoſiti.*

An, & quando filii ſpurii ſuccedant matri, & an, & quomodo naturales? n. 310. An valeat teſtamentum, quo filia ſpuria inſtituitur hæres? n. 309 Quale peccatum ſit exponere infantes, & an liceat illegitimum exponere ad crimen occultandum? 303 A quo alenda ſit proles expoſita, & an pater teneatur Hoſpitali refundere ſumptus in educationem prolis factos? n. 304. 305 An illegitimus occultus S. Ordines ſuſcipere poſſit, anue ſit irregularis? n. 312 An expoſiti habendi ſint pro illegitimis, anue pro legitimis? n. 325 De Baptiſmo expoſi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

torum. Vid. *Baptiſmus.* Filii ſumptus in gradus academicos facti. Vid. *Expenſæ.* An illegitimis, & ſpuriis conferri poſſit Beneficium à Fundatore relictum pro conſanguineis ſuæ familiæ? n. 314

*Fornicatio.* Vid. *Sponſalia.*

*Fructus.* Vid. *Venditio.*

*Funus.*

An liceat Catholicis funus hæretici cognati comitari? n. 77

*Fur, Furtum.*

An, & quando fur teneatur resarcire damnum caſu fortuito ex incendio domûs datum à ſe, & ab aliis ob relictum domûs oſtium apertum? n. 56. 57 An, & quibus reſtituendæ ſint veſtes, & alia defunctis humatis furtô ablata? n. 75. 76 An, & quando res furtiva, ab emptore empta, ſit reſtituenda? n. 60. Quomodo tollenda ſit conſuetudo furandi contracta à muto ſimul, & ſurdo à nativitate? n. 205. 206. Quid præſtare, & facere teneatur fur occultus, cujus furtum imputatur alteri innocenti? n. 13. 14 An, & quando Clericus, vel Religioſus absque periculo irregularitatis poſſit furem, ſeu raptorem ſuarum rerum Judici denuntiare, etſi ex qualitate delicti prævideatur ad mortem condemnatum iri? n. 375 idque tam in cauſa propria, quàm aliena? n. 376

# G.

*Gabella.*

Quid, & quotuplex ſit gabella? n. 19. 20. An, & quando Princeps Sæcularis, poſſit gabellas imponere ſuper bonis Eccleſiaſticorum? n. 16. 17 An defraudantes gabellas, & vectigalia juſta peccent contra juſtitiam, & ad reſtitutionem teneantur? n. 21. 22 An in dubio de juſtitia gabellarum novarum, aut augmenti veterum ſit obligatio eas ſolvendi? n. 23. 24. Quid requiratur ad hoc, ut Gabella ſit juſta? n. 20

*Gradus Academici.* Vid. *Filii. Expenſæ.*

# H.

*Hæres.*

Quinam ſint hæredes neceſſarii, quinam non? n. 180

*Hæretici Confeſſio.* Vid. *Abſolutio, Confeſſio.*

Homi-

*Homicidium, homicida.*

Quid teneatur homicida reſtituere pro homicidio, damnis corporis, & bonorum fortunæ? n. 1. & 2. Quibus perſonis facienda ſit reſtitutio? n. 3. & 4. An etiam Creditoribus occiſi? n. 5. An etiam innocenti, cui falsò imputatum eſt homicidium? n. 6 An ſciens Authorem occulti homicidii innocenti falsò imputati teneatur illud manifeſtare ad eum liberandum? n. 7. An mandans occidi Clericum incurrat Excommunicationem? n. 345 Aut qui Clerici occiſionem ſuo nomine factam ratam habet? n. 347

*Horæ Canonicæ.*

An ſatisfaciat præcepto recitandi Horas Canonicas, qui voluntariè ita diſtractè orat, ut nullam habeat attentionem internam? n. 290. An peccati mortalis arguendus ſit, qui ex ſomno, crapula, aut capitis dolore Veſperas cum Completorio omittit? n. 291 An, & quando excuſandus ſit à mortali omittens totum Breviarium, aut notabilem ejus partem ob occupationes occurrentes, aliaque negotia? n. 293 An excuſandus ſit Beneficiatus ab onere reſtituendi ob omiſſas culpabiliter Horas Canonicas, qui largam in pauperes diſtribuit Eleemoſynam, nil tamen cogitans de ſua obligatione, & onere reſtituendi? n. 294 An Canonicus, qui ſubmiſſa voce in Choro recitat ſuos verſiculos, aliis ſuam partem canentibus, percipere tamen poſſit diſtributiones? n. 295 Quid ſentiendum ſit de illo Canonico, qui, aliis in Choro pſallentibus, profana legit, aut confabulatur cum Socio? n. 296. An peccet mortaliter Canonicus, qui dum reſidet in loco ſui Beneficii, frequenter abeſt à Choro? n. 297 An Canonicus, qui ob corporis gravem infirmitatem Choro aſſiſtere nequit, lucrari tamen poſſit diſtributiones, non ſolùm proprias, ſed etiam diſtributiones aliorum abſentium? n. 298. 299 An ſatisfaciat ſuæ obligationi recitandi Breviarium, qui illud ita feſtinanter recitat cum Socio, ut, antequam Socius ultima verba ſui verſiculi profert, ipſe ſuam partem jam incipiat? n. 300 An qui dubitat, an aliquam Horam recitaverit, vel aliquid omiſerit, teneatur repetere id, de quo dubitat? n. 301 An in recitatione Breviarii debeant verba neceſſariò ita proferri, ut recitans ſe ipſum audiat? n. 302 An Beneficiatus, qui



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

